



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Conso||lacione Ivsto-|||rvm

Hillesheim, Ludwig

Coloniae, 1572

VD16 H 3678

Sublatæ ad cœlum, inq[ue] Deum defixæ mentis consideratio explicata
paraphrasi psalmi 26. Caput X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60369)

ab aeterno electis tuis in caelo viam. His sanctissimis cogitationibus atque factis, seu praesidio communienda, & obfirmanda mentes sunt, quum aut improborum splendore, aut suis malis, tanquam tormento oppugnantur. Quod si non adumbratas, sed veras formas sequamur rerum, nec tam praesentes arumnas, quam consequentis temporis felicitatem spectemus, adsequemur id, ut mentes nostrae, nullo vnquam sensu doloris expugnentur, sed letitia incredibili semper abundant.

Sublatæ ad cælum, inque Deum defixæ mentis consideratio explicata paraphrasi psal-
mi 26. CAPVT X.

SI ergo nullum in virtute verum dolorem, nullam in scelere solidam letitiam esse videmus, si Deum immensa potentia magnitudine, infinita clementia vi, sempiterna felicitatis perceptione affluentem, rectorem vitæ, & acti-

affionum nostrarum inspectorem et moderatore habemus, quid nos afflictiamus? quid ingemiscimus? reuocemus potius animū à mœrore, & quanquam ingentibus sapè malis, ceu alta quadam caligine oppressi, & circumfusi simus, tamen certò statuamus, Deum lucem salutemq̃ nostram esse, cuius omnia imperiū sentiunt, & in cuius manu est, etiā ad inferorū re- **psalm. 26.**
motissima abiectos in cœlum attollere. Is enim si auctoritatem eius sequamur, in omni calamitatum horrore, clarissimū misericordiae suae lumen, praeferet mentibus nostris, nec ad incolumitatem solū aditum faciet, verum etiam ipsa salus nostra erit, vt nihil metuendum sit, nosq̃ in eam adducet securitatem, vt obfirmatis animis agnoscere hoc diuinum beneficium queamus ac dicere, quem timebimus? Cū enim certò agnoscamus vitam, fortunaq̃ nostras, ei cura esse, salutemq̃ eius auxilio defensam, nulla amplius molestiae egritudinesq̃ malorum pertimescenda,
nec

nec ad eorum vim trepidandum erit, et si
 ea tam infesto in nos impetu ferantur, ut
 vix in tantis rerum angustijs aliquid loci
 fiducia relinquatur. Sed omnia in ventū
 vires suas effundunt, bonis enim ea prae-
 dij firmitudo est, et si ab doloribus atq; e-
 rumnis velut exercitu oppugnentur, ut ta-
 men animo sint tranquillo: si vnū imbellē
 multi robore praestantes appetant, huic ta-
 mē victoria atq; summa atq; ampla spes
 in Deo sita sit. Animi certē nostri, cum et
 Dei magnitudinem, & suam indignitatē
 agnoscunt, sentiūt se fatali lege obnoxios
 esse arūnis, eoq; omnes vires colligunt, ut
 meritas plagas, quas ipsi peccator ū suorū
 pœnas esse agnoscūt, & imminentē aduer-
 sitatum tēpestatem à se auertant, quoniā
 autem ad hoc conficiendum, ex illis, qui-
 bus mortales confidunt rebus caducis, ni-
 hil auxiliij percipi potest, implorandus est
 Deus, ut in hac tanta fragilitate benignè
 nostueri, atq; in ipsius familiā ac sempi-
 ternum domum adsciscere velit. In eo
 enim

enim solo omnis fœlicitatis apprehensio est, etsi hominibus mundo addictis fœcūs videatur. Sed his aliqua nōdo vinculis nos liberatum iri, ac templa Dei sancta, domicilium beatarum mentium visuros & adituros esse, certò statuamus. Intereà autem dùm in terris, cum his luctamur ac pugnamus malis, summus cœlitum atque hominum rex, nos ad se receptos, ceu tabernaculo intimo suo occultat, vt inter vrgentes arumnas, præsens defensor sit, ac nostri propugnationem suscipiat. Itaque auxiliij sui diuini spe fiduciaque innixos, ceu in eminentem, & firmissimam petram statuit, & altè effert, depressis ijs, qui aut voluntates suas, aut nocendi vim, ad nos opprimendos conuertunt. Quare & præsentium bonorum, quæ beneficio eius diuino adsequimur, & futurorum, quum malis omnibus superatis in cœlum attollemur, perpetuò memores, offeremus DEO cor contritum & humiliatum, ac
ceu

ceu maētata gratitudinis hostia laudem
 seruatori DEO dicemus: quicquid etiā
 aut corporis aut animi virium, ipso
 autore adsecuti sumus, ad eum solum ve
 nerandum & colendum vertemus. spe
 randum enim est, sempiternam erga nos
 clementiam eius fore. Quod si qua ali
 quando calamitas, aut voluntate ipsius,
 aut delicto nostro interuenerit, orandus
 est, vt nos benignè respicere, & exaudire
 velit, numen eius clamore lugubri ac ge
 mitu implorantes. At si victi aliquando
 magnitudine malorum, vix vocem adere
 praemetu possumus, etiam silente lingua,
 animo & vultu ad ipsum vertemur, &
 faciem beneficentiae eius, qua omnia se
 renantur, requiremus, & orabimus, ne
 illam auertat, nec nos ipsi seruitute ad
 dictos, confici malis finat, sit adiutor, neq;
 nos deserat, in vltimas arumnas proie
 ctos, quibus quotidie noua aliqua egritu
 do oritur, quae excruciet animum ac ve
 xet. Sensim certè nobis in hac longinqui
 tate

tate vitæ, præsidia subducuntur, illa etiã singularis voluptas, quæ ex parentum dulcissimo affatu percipi solet, ipsis mortali corpore exolutis aufertur, vt planè ab eis, qui nos tueri solebant derelicti simus, sed cœlestis pater in eorum locum succedens, nos amplectitur, & mortalibus solatijs orbatos, immortalibus beat. Hac vt fœlicitas aeterna nobis sit, orandus est Deus, vt inter vitæ vias difficiles, tenebrasq; malorum & errorum, lumen gratiæ suæ præferat menti nostræ, vt voluntatem ipsius sequamur, nanquam ab ea deflectamus, verùm ea insistamus via, quæ nos superatis omnibus aduersis, ad ipsum rectè deducat, vt fœlicitatem perennem, secundo sine vitæ offensiõe cursu adsequi possimus. Sed quid querimus? cùm certi simus, Deum vitæ, fortunæ, nominis, salutis nostræ autorem & parentem esse? eoq; conseruatore euasuros nos, ex immensis molestijs, & ad illas, verè & in sempiternũ viuentium oras penetraturos esse, vbi

F nullas

*nullas amplius miserabiles voces adamus,
 sed ad dei conspectum admissi, omni eter-
 tate viuamus, & immortali gratia, le-
 titia ac pace fruamur. Itaque expecte-
 mus salutarem, & nulli vnquam suppli-
 ci, denegatam opem diuinam, ac dei in-
 nitamur promissis. Is certè prapotentè vi-
 sua, consolationem cœlestem ac diui-
 nam ostendet, robur addet animis
 nostris, & eterna nos salute
 donabit. Expectemus salu-
 tarem Dei opem.*

FINIS LIBRI
secundi.

Elenchus